	$s = 42^\circ$	$s = 43^\circ$
$l.s =$	1,6232493	1,6334685
ſubtrahe	1,7581226	1,7581226
$l.s =$	9,8651267	9,8753459
	& eſt	& eſt
$l.\,Coſ.s =$	9,8710735	9,8641275
	+ 59468	− 112184
	112184	
	171652 : 59468 = 1° : 20′, 47″.	

Arctiſſimos ergo obtinuimus limites 42°, 20′, & 42°, 21 intra quos verus ipſius s valor contineatur. Hos angulos ad minuta prima revocemus

	$s = 2140'$	$s = 2541'$
$l.s =$	3,4048337	3,4050047
ſubtrahe	3,5362739	3,5362739
$l.s =$	9,8685598	9,8687308
$l.\,coſ.s =$	9,8687851	9,8686700
	+ 2253	− 608
	608	
	2861 : 2253 = 1′ : 47″, 14‴	

Hinc concludimus Arcum quæſitum, qui ſuo Coſinui ſit æqualis, fore = 42°, 20′, 47″, 14‴, hujuſque Coſinus, ſeu ipſa longitudo, erit = 0,7390847. Q. E. I.

TAB. XXVIII *Fig.* 112. 532. Sector Circuli ACB a Chorda AB in duas partes ſecatur, Segmentum AEB & triangulum ACB, quorum illud hoc minus eſt ſi angulus ACB fuerit exiguus, majus autem ſi angulus ACB ſit admodum obtuſus. Dabitur ergo caſus, quo Sector ACB per Chordam AB in duas partes æquales ſecatur, unde naſcitur.

PROBLEMA II.

Invenire Sectorem Circuli ACB, *qui a Chorda* AB *in duas partes æquales ſecetur, ita ut Triangulum* ACB *æquale ſit Segmento* AEB.

SOLUTIO